



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Bernardini Scardaeonii Patauini Presbyteri de Castitate  
Libri Septem**

**Scardeone, Bernardino**

**Venetiis, 1542**

Dandam esse literarum studiis aliquam intermissionem cap. xxx

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30433**

Dandam esse literarum studiis aliquam intermissionem.

Cap. XXX.

A.dol

**V**erum si forte literarum studiosiores fuerimus ut nihil necesse sit fallere his rebus ocium, non est tamen & propterea ab eiusmodi exercitationibus omnino desistamus. Condiuntur enim his oblectionibus studia, non deseruntur: ut pote ad quae ex ipsis sane exercitationibus alacritus promptiusq; respondere consueuimus. Nimirum uita hominis in remissionem, ac laborem æque diuisa est: & inter se uicissim hæc duo rectissime conuertuntur, labor, & quies, ut scilicet in orbem, labor quieti, quies labori succedat. Et enim sic se habent res humanæ, ut semper sequatur uigiliam somnus, tempestatem tranquillitas, serenum nebula, bellum pax, laborem requies, seueritatem alacritas, nimiam in quacunque re intensiō remissio: & econuerso. Hinc etiam festi, profectiō, dies uidentur fuisse instituti hinc etiam solemus arcus, lyrasq; remittere, non tanquam despicias, sed ut possint, quum usu uenerit, & illi tendi fortius, et hæc ex interuallo suauius delectare. Studio itaque aliquo, seu lectione scripturarum, sive corporis exercitatione tam doctorum, quam imperitorum (ut cuique expedit) ocium omnino tollendum est: ne quis interim aut malis artibus diaboli, aut sua ipsius opprimi posset ignavia. Quod consilium sane quicunque neglexerit, in magnas mox solitudines incidat, ne cesset est, omni postmodum negotio duriores, iuxta illud uerum, et elegans proverbiū. Negocium ex ocio. Multa quoque alia idonea exercitia, atque honesta oblectamenta esse, non ignorō, quæ ad id facere possent, sed longum esset omnia referre, tantum pēto, ne improbentur ullo pacto honesti, & moderati labores: quandoquidem, ut indiuinis literis habetur, ita nascatur natura homo ad laborem,

## DE RATIONE COERCEN. LIBID.

Iob. 5.

ut aus ad uolandum, Sunt qui sciant fallere ocium, et le-  
uare studiorum fastidia musicis concentibus, & interdu-  
exercitationis loco, cantu, fidibusq; sese oblectare: quod  
nequaquam esse improbandum ducimus, quum dicat,

D. Augustinus in libris de musica, eum non esse harmo-  
nica compositum, qui harmonia non delectatur. Innu-  
meri fermè fuere, & sunt in præsenti doctissimi viri, atq;  
et cōtinentissimi, qui animi causa, & ad lenientium labo-  
rem studiorum, & ad ocium fugiendum soleant certis  
horis sese his modulis delectare: & hac una re potissi-

1. Reg. 16. muni animi sui tristitiam consolari: ut de David sancto,

& Saule rege in sacris regum gestis perhibent. De tristis-  
tia autem, quæ fugienda sit Paulus Apostolus in secun-  
da sua ad Corinthios epistola ita differit. Quæ enim  
inquit, secundum Deum tristitia est, penitentiam in fal-  
tem stabilem operatur: sæculi autem tristitia mortem.  
Tristitia quidem secundum Deum est, dolere se peccato-  
re, & satisfacere pro delictis, et propterea dicitur peni-  
tentiam operari: at sæculi tristitia est angustia ob egestatem  
& egritudinem, & incommoda, ac aduersa huius mun-  
di, quæ plurima sunt, et hæc operatur morte, id est pec-  
atum: quum quis ea patienter ferre non posset, et affli-  
ctetur nimia tristitia: & siccirco quibuscumque rebus possus-  
mus, fugienda hæc est nobis, ne per eam in mortem in-  
curramus æternam. Verum tamen & in his, et in ceteris  
exercitationibus (ut huic tandem parti finem ponam) nos  
scatunusquisque quid sibi potissimum expediat, suoq;  
ingenio conueniat magis, atq; ad id applicet sese, quod  
conducere nouerit negocio, et professioni castitatis. Nō  
est ignauorum, aut delicatorum (mihi credite) seruare ca-  
stimoniam, sed strenuorum tantum, ac fortium, qui nos-  
runt aduersus concupiscentias carnis, in acie semper pa-  
ratistare: semper decertare, semper vincere.

De meditatione, contemplatione, et oratione. Ca. XXXI.